



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 77. Epistola encyclica ad omnes Franciæ Præsules.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. „Quis autem (liceat enim rursus illi  
 A.C. 1705.) rum verbis uti, quorum erga Seden  
 Apostolicam perpetuum obsequium,  
 „velut hæreditario jure nobis vindicta-  
 „mus) Apostolatui vestro pro hoc tanto  
 munere dignas æstimat gratias posse persolos  
 quod nos ante oculos habentes non defra-  
 mus Deo gratias agere, & supplicare gra-  
 tulantes, quod tantæ Sanctitatis, tanto  
 que Doctrinæ Apostolicæ Sedi Antistitenti  
 dederit, petentes, ut datum concessumque  
 munus Pontificii vestri longissima ad ædifi-  
 cationem Ecclesiarum suarum ætate servut  
 ac tueatur. Quæ semper erunt vota  
 „eorum, qui se cum singulari venera-  
 „tione profitentur &c.,

### §. LXXVII.

#### *Epistola Encyclica ad omnes Francia Præfules.*

Argentre  
Coll. Jud.  
t. 3. p. 453.

Pari etiam Religionis studio & ob-  
 servantia erga S. Sedem, Regisque  
 sui voluntatem animati Franciæ Pre-  
 fules in suis comitiis encyclicam epi-  
 stolam ad omnes Franciæ Episcopos die  
 decima quarta Septembbris dederunt  
 cuius summa hæc: „Quamvis nos jan-  
 „ab aliquot annis scripta Constitu-  
 „bus contra Jansenismum emanata  
 „contraria, atque in Parisiensi Diœcese  
 „damnata pariter damnaverimus, Re-

„que

„que inimica pacis evertere semper in- Sæc. XVII.  
 „tentus fuerit, nunc tamen, ut in suo A.C. 1705.  
 „Regno Ecclesiarum tranquillitatem  
 „magis solidaret, Pontificem rogavit,  
 „ut falsas innocentii X. & Alexandri VII.  
 „Constitutionum interpretationes dam-  
 ,nare, & per sacræ Sedis decisionem  
 ,in Gallicana Ecclesia receptam & ac-  
 ,ceptatam omnium animos subjecere,  
 „cunctosque Jansenii errores innovandi  
 „obtentus auferre, & perpetuo alter-  
 ,cationes Ecclesiæ & Regno noxias  
 „extinguere velit. Id vero præstitit  
 „Pontifex sua Constitutione die 16. Julii  
 „edita, cuius solemnis acceptatio tanquam  
 judicium ac totius Ecclesiæ decisio habenda  
 est. Postea Præfules retulerunt, quod  
 jussu Regis hanc Constitutionem, tan-  
 tique momenti negotium mature exa-  
 minarint, & quamvis nonnisi simplices  
 Apostolicorum decretorum executores  
 sint, vere tamen unacum Papa judicent,  
 & pronuntient. Nos, prosequebantur  
 „Præfules, hanc decisionem consideran-  
 tes, & de Franciæ Episcoporum do-  
 ctrina huic Constitutioni & Ecclesiæ  
 „menti consona persuasi, omnes una-  
 „nimi consensu eam acceptavimus, &  
 „propterea Rex illam pariter ab omni-  
 „bus recipi jussit, illius tamen execu-  
 ,tione Episcopis jure reservata: Non  
 „eo animo vobis scribimus, ut vos  
 „ex-



Sæc. XVII., excitaremus ad recipiendam deci-  
 A. C. 1705. „sionem non minus in se justam, quam  
 „sua auctoritate venerandam: aliunde  
 „enim ad exequenda ea, quæ hac in  
 „re ministerii vestri ratio, & Ecclesiæ  
 „bonum exigit, vester Zelus & sci-  
 „tia vos impellet, ut id vero efficacius  
 „promoveamus, unanimi suffragio hanc  
 „Bullam in nostris Diæcesibus publi-  
 „cari & executioni dari mandavimus  
 „per edicta, quantum fieri potest, uni-  
 „formia, quo circa solis decisionis Apo-  
 „stolicæ verbis inhærentes, nihil ad-  
 „dendum, nihil demendum cene-  
 „mus. Tam prudenti consilio vos quo-  
 „que accessuros, nobis persuadet vele-  
 „Zelus pro veritate, amor pro pace &  
 „perfecta inter Episcopos harmonia &c.  
 Quam tamen Præfules Galli in comi-  
 tiis congregati sibi auctoritatem at-  
 tribuant, quamque libertatum sua-  
 rum tenaces sint, ex hac epistola lucu-  
 lenter, & ex Papæ literis patet, qui-  
 bus anno sequenti apud Regem quere-  
 batur, in hisce comitiis rem ita fuille-  
 gestam, ac si non tam de recipienda pro-  
 fata Constitutione, quam de Sedis Apo-  
 stolicæ authoritate circumscribenda, vel potius  
 eligenda cogitatum esset.

§. LXXVIII.